Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 07 : De Phorcyne

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII

Ce document est une version augmentée de :
Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 07 : De Phorcyne

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 08 : De Phorcys *est une transformation de ce document*

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 07 : De Phorcys *est une traduction de ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Francfort, 1581 - VIII, 07 : De Phorcyne, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 03/02/2026 sur la plate-forme EMAN :
https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6026

Copier

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581
ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307
Formatin-8
Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 848-849

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieusesPhorcys
Notice créée par Équipe Mythologia Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6026?context=pdf

Reſpice vindicibus pacatum viribus orbem,
Qua latam Nereus cæruleus ambit humum.

Atq; de Nereo ſatis dictum eſt, nunc de Phorcyne dicamus.

De Phorcyne. CAP. VII.

PHORCYN, quem Latini Phorcum etiam vocarunt, fuit & ipſe Ponti ſiue Maris ac Terræ filius, vt teſtatur Heſ. in Theog.

αὖτις δ' αὖ θαύμαντα μέγαν, καὶ ἀγήνορα φόρκυν
γαίῃ μισγόμενος, καὶ κητὼ καλλιπάρῃον,
εὐρυβίην τ' ἀδάμαντος ἐνὶ φρεσὶ θυμὸν ἔχουσαν.
Hinc Thaumanta parit magnum, Phorcynq́; ſuperbum
Coniunctus Terræ, & præſtantis corpore Ceto,
Eurybiamq́ue ſimul, cui ſunt adamantina corda.

Varro tamen Phorcyné Thoſeæ Nymphæ ac Neptuni filium fuiſſe ſcribit, qui filias habuit, præter commemoratas ſuperius ex Ceto, Phorcidas ſcilicet & Gorgones, Thooſam, quæ cum Neptuno coniuncta Cyclopem peperit Polyphemum, de quo ita ſcribit Hom. lib. 1. Odyſſ.

ἀλλὰ ποσειδάων γαιήοχος ἀσκελὲς αἰὲν
κύκλωπος κεχόλωται, ὃν ὀφθαλμοῦ ἀλάωσεν
ἀντίθεον πολύφημον, ὃυ κράτος ἐστὶ μέγιστον
πᾶσιν κυκλώπεσσι, θόωσα δέ μιν τέκε νύμφη,
φόρκυνος θυγάτηρ ἁλὸς ἀτρυγέτοιο μέδοντος.
Verùm Neptunus qui terram verberat vndis,
Succenſet cauſa Cyclopis, quòd Polyphemum
Lumine priuauit, qui robore præſtitit omnes
Inter Cyclopas, peperit quem Nympha Thooſa,
Filia ſpumoſi, qui temperat æquora, Phorci.

Genuit etiam ſerpentem, qui mala Heſperidum tuebatur, vt ait Heſiodus:

κητὼ δ' ὁπλότατον φόρκυϊ φιλότητι μιγεῖσα
γείνατο δεινὸν ὄφιν, ὃς ἐρεμνῆς κεύθεσι γαίης
πείρασιν ἐν μεγάλοις παγχρύσεα μῆλα φυλάσσει.
Poſtremum Phorco Ceto coniuncta ſed edit
Serpentem magnum, qui extremis partibus orbis
Sub tellure latens ſemper mala aurea ſeruat.

Habuit etiam Scyllam filiam, vt dicemus poſtea. Nec plura ferè de Phorcyne leguntur apud antiquos. ¶ Fuit Phorcyn

Ponti

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6026?context=pdf

Ponti vel Neptuni ac Terræ filius & maris Deus, quem circularem aquarum motum nonnulli eſſe crediderunt, qui principium ab Oceano capit, & ab humore in terra exiſtente. Huius vxor eſſe Ceto dicitur, exhalatio ſcilicet quæ calore & radiis Solis excitatur, qui humor cùm per æſtatem grauiorem extenuatus tollitur, fit draco: propè enim tremula fit illa exhalatio, & obliqua, quæ per calorem Solis attollitur. Alij rem hanc ad hiſtoriam transferre maluerunt, dixeruntque Phorcynem Sardiniæ atque Corſicæ inſulis imperaſſe, qui ab Atlante nauali prælio ſuperatus, in ea pugna ſubmerſus ſit, neque vſpiam poſtea inuentus, quare creditus fuit ſe in Deorum marinorum numerum recepiſſe. Cætera verò quæ de illo fabuloſè dicuntur, in eius gratiam fuerunt ad probabilitatem priorum ficta. At nunc de Proteo.

De Proteo. CAP. VIII.

PROTEVS & ipſe maris Deus fuit, Neptuni & Phœnicæ Nymphæ filius, vt ſcriptum reliquit Zez. hiſt. 44. Chil. 2. qui in Pharo Alexandriæ habitauit, Toronenque ex Ægypto in Phlegram Pallenes profectus vxorem duxit. Nati ſunt illi filij è Torone Tmylus & Telegonus, de quibus meminit Euripides in Helena. Hi poſtea peregrinos crudeliter interimebant cùm adoleuiſſent, quorum ſeuitiam cùm Proteus æquo animo ferre non poſſet, impetraſſe à patre Neptuno dicitur vt in Ægyptum rurſus ferretur: cuius preces cùm audiuiſſet Neptunus, è quodam Pallenes hiatu ſpeluncam ſub mari fecit, in qua illum in Ægyptum vſque ſiccum perduxit. Deinde cùm Hercules ob crudelitatem, qua in hoſpites vtebantur, Tmylum & Telegonum obtruncaſſet, cognita cæde filiorum neque lacrymas emiſit, quia nefarij eſſent homines, neque riſit, quòd eſſent filij, vt ſcripſit Theopompus libr. 8. rerum Græcarum. Xantippus verò ſcripſit in rebus Lydiæ Proteum Oceani & Tethyos à quibuſdam creditum fuiſſe filium. Eurip. præterea Pſamathen vxorem illum duxiſſe ſcribit, de qua Theonoen, & Theolymenum marem ſuſcepit. habuit etiam Cabeiram, Rhetiam, & Idotheam filias, quæ Menelaum de reditu in patriam ambigẽtem, cùm diutius in Ægypto detineretur, docuit vt recentibus pellibus phocarum indutus vnà cum ſociis tanquam phocis ſe inter phocas dormire ſimularent, quo tẽpore ſub me-

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6026?context=pdf